

1580 marzo 21, Verola Alghise.

Visita apostolica dell'arcivescovo di Milano Carlo Borromeo. Relazione della visita preliminare del sub-delegato.

Roma - Archivio Segreto Vaticano: S. Congregatio Concilii, Visitatio Apostolica, 65, cc. 202v-205v.

Ediz.: TURCHINI-ARCHETTI-DONNI, 2006, pp. 173-179.<sup>1</sup>

(revis.: T. Casanova, 06.2008)

[c. 202v] Die lune XXJ *suprascripti* mensis et anni<sup>2</sup>

Visitauit *etc.* Parochialem *ecclesiam* prepositeralem<sup>3</sup> simul et collegiatam *sancti laurentij* burghi Verolæ<sup>4</sup> Alghisij que vt dicitur est de jure patronatus familie de gambara et deinceps intra eius fines *infrascriptas ecclesias* cappellas oratoria scholas *Ecclesia*,<sup>5</sup> et loca pia est | consecrata, et ampla, populi, qui multus est tamen incapax In ea *sanctissimum* sacramentum assidue conseruatur in tabernaculo ligneo, super Altari maiori collocato, cui lampas impensis *Illustrissimi* Cardinalis gambare prepositi titularis prelucet. Reliquie nonnullę, que dicuntur Donate ab *Illustri*<sup>6</sup> Comite Nicolao gambara seruantur in fenestella in cappella maiori a parte euangelij. Baptisterium non decens nec loco congruo situm.

Altaria vndecim in ea *ecclesia* adsunt *videlicet*

Altare maius.

Altare conceptionis beatę marię in quo *Illustrissimus* Cardinalis gambara et *Illustrissimus* Comes Ranuntius<sup>7</sup> eius frater tenentur ad onus missę quottidiane ex legato quondam *Illustris* comitis Brunori de gambara cui satisfaciunt Cappellanus mercenarius est presbiter laurentius Zileppus siue petonus Brixienis etatis annorum triginta *velcirca*, cum mercede annua scutorum triginta celebrat tamen quoque in oratorio priuato intra edes *predicti Illustris* comitis ranutij.<sup>8</sup> Habitat<sup>9</sup> cappellanus || [c. 203r] ipse<sup>7</sup> in domo conducta vna cum sorore docet litteras gramaticales. *legittime* Docuit de ordinibus.

Altare *sancti*. Iacobi in quo est onus missę quottidiane, et coadiuuandi in cura animarum quod prepositurę vnitum *dicitur*. Cappellanus mercenarius est Presbiter Baptista de ferrarijs de gabiate Brixienis etatis annorum 37, cum mercede annua scutorum *qudraginta* que soluuntur ab *Illustrissimo* Cardinali de gambara. Habita<t><sup>10</sup> dictus cappellanus in domibus dictę *ecclesię* vna cum sorore *legittime* Docuit de ordinibus.

Altare *sancti* Nicolai, cum schola corporis *Domini*, ex cuius deuotione missa quottidiana ibidem celebratur. Cappellanus mercenarius est *Dominus* Presbiter Ioseph luchinus brixienis etatis annorum 34 *velcirca*, cum mercede annua scutorum triginta, que soluuntur a dictis scholaribus canonicus est item dictę *ecclesię*. Habitat in domo sui cognati non docuit de litteris sacerdotij.

Altare *sancti* Antonij in quo sepius ex deuotione celebratur.

<sup>1</sup> Di questa trascrizione (d'ora in poi TUR.) si porranno in nota solo le varianti più significative.

<sup>2</sup> Lunedì 21 marzo 1580. La divisione in paragrafi del testo è redazionale.

<sup>3</sup> *Scil.*: "preposituralem".

<sup>4</sup> TUR., p. 173: "Verola".

<sup>5</sup> Qui c'è un'inversione nell'ordine delle parole: «et loca pia» dovrebbe concludere, dopo «scholas», l'elenco delle istituzioni; mentre «Ecclesia», soggetto di «est consecrata», inizia la frase successiva.

<sup>6</sup> Corretto da: «*Illustrissimo*».

<sup>7</sup> TUR., p. 173: "Rainitius".

<sup>8</sup> Corretto forse da «ramutij». TUR., p. 173: "illustrissimi comiti Rainutii".

<sup>9</sup> Corretto da: «Habet».

<sup>10</sup> Corretto da: «Habit».

Altare *sancti Stephani* in quo ex relicto quondam *Illustris comitis* lucretij de gambara tenentur *Illustres*<sup>11</sup> comites lucretius, et Nicolaus fratres de gambara eius filij, ad onus missę quottidiane, qui satisfaciunt Cappellanus mercenarius est p̄sbiter pecinus scijanus<sup>12</sup> siue de gabianis *Brixiensis* ętatis annorum 58 velcirca cum mercede annua scutorum viginti quinque. Habitat in domo *predicti Illustris comitis* lucretij cuius etiam filios docet, non fuit in tempore statuto ad sacerdotium promotus, et ob id illico suspensus.

Altaria reliqua indotata sunt,  
Cimiterium adest sed apertum.

sacristia adest a parte aquilonari non satis instructa sacra suppellectili, quę collegiatę *ecclesię* vsui esse debet.

Domus Parochiales dicuntur sublate ad vsum plateę huius opidi ad *Instantiam Illustrium Comitum* lucretij, et nicolai fratrum de gambara et non || [c. 203v] nullorum aliorum. Adsunt non nullę domunculę ab *ecclesia* non multum distantes pro *habitatione*<sup>13</sup> vicarij {et vnus}<sup>14</sup> cappellani.<sup>15</sup>

In dicta *ecclesia* cum vicaria perpetua est vna dignitas p̄posituralis, et sex canonicatus p̄bendati quę p̄positura, et canonicatus p̄tenduntur de Iure patronatus *Illustrium comitum*<sup>16</sup> de gambara. Nomina autem, et redditus p̄bendales singulorum p̄bendatorum sunt vt infra sub *annotatione*<sup>17</sup> singulorum beneficiorum.

P̄positura est principalis dignitas huius *ecclesię* cui iminet cura animarum *predicti loci* quam cum obtineret *Illustrissimus nunc cardinalis* de gambara eidem a felicis recordationis pio quinto concessum fuit vt *constituta* vicaria perpetua cum assignatione annua aureorum 700 ex fructibus *predictę* p̄positurę vicario perpetuo qui per se ipsum curam animarum exerceret, ipsa p̄positura imunis a cura animarum omnino esset quod executionem habuit vt *litteris apostolicis super his expeditis constare dicitur*.

P̄positus Titularis est *Illustrissimus Cardinalis* de Gambara; qui *etiam dicitur* habere Ius conferendi beneficia in hac *ecclesia* vt infra contulisse apparet. Redditus annui sunt huius p̄positurę vt dicitur aurei mille.

Vicarius perpetuus est p̄sbiter Iulius bouilla<sup>18</sup> laudensis ętatis annorum 58 velcirca alias prior congregationis *sancti Georgij* in alga venetiarum cum p̄statione annua vtsupra scutorum centum est etiam canonicus dictę *ecclesię*. Habitat in domo propria legitime Docuit de titulo ac bene audit de licentia *tamen* curam exercendi non docuit

Canonicatus vnusquisque habet redditus annuos aureorum circiter 50 ex p̄benda, ab alijs distincta quas obtinent *infrascripti* canonici *videlicet* p̄fatus p̄sbiter || [c. 204r] Iulius bouilla vicarius Canonicus residuus.<sup>19</sup>

P̄sbiter Ioannes Petrus marinus brixiensis ętatis annorum 69 velcirca canonicus residens habitat in domo nepotis sui. legitime docuit de ordinibus et titulo

P̄sbiter Dominicus bianchinus Brixiensis ętatis annorum 74 velcirca Canonicus residens. Habitat in domo paterna ostendit cartas tantum p̄sbiteratus. alias dixit amississe tempore bellorum.

P̄sbiter hipolitus spalentia, Brixiensis Canonicus absens Venetijs comorans, et prouisus a *prefato Illustrissimo Cardinali* inseruit enim per p̄sbiterum Hippolitum picinellum cappellanum mercenarium in *infrascripto* oratorio *sanctę Marię*.

<sup>11</sup> TUR., p. 174: "illustri".

<sup>12</sup> TUR., p. 174: "Seianus".

<sup>13</sup> Segue: «cappellani, et», cancellato.

<sup>14</sup> Aggiunte nel margine rispettivamente destro e sinistro.

<sup>15</sup> Corretto da: «ex vicarij» (?).

<sup>16</sup> TUR., p. 174: "illustris comitis".

<sup>17</sup> TUR., p. 174: "amotione".

<sup>18</sup> Corretto da: «bonilla» (?).

<sup>19</sup> TUR., p. 175: "residens".

Pręsbiter Dominicus Sala brixienſis ętatis annorum 37 Canonicus residens prouisus a *prefato Illustrissimo* Titulari *legittime* docuit de ordinibus non autem de titulo. Habitat in domo paterna.

Pręsbiter Baptista seniga Brixienſis ętatis annorum 54 Canonicus pręsens, sed non residens prouisus a *prefato Illustrissimo*<sup>20</sup> Titulari *legittime* docuit de ordinibus non ostendit cartas sui Tituli. Habitat in domo *Illustrissimi Comitis* Nicolai de Gambara cuius etiam seruitio incumbit Inseruit *per* pręsbiterum Antonium boschetum Brixienſem ętatis annorum 49 processatum de concubinato mercimonio turpi et non nullis alijs erratis vt in processu. *legittime* docuit de ordinibus. Habitat in domo paterna.

Clerici sustinent<sup>21</sup> expensis *Illustrissimi Domini* Cardinalis Titularis, qui sunt *videlicet* octauianus botonus Camillus ramponus, et Franciscus lanzinus.

organistę stipendium etiam ab *Illustrissimo*<sup>22</sup> *preposito* pręstatur.<sup>23</sup>

Nulli sunt redditus prębendales atamen recitantur. In hac *ecclesia* horę canonicę *videlicet* matutinum prima tertia nona vesperę et completorium submissa voce missaque conuentualis, quottidie celebratur. diebus vero festis de pręcepto cantatur officium Tertię. errata et absentię non notantur nullus enim punctator adest, aut alius officialis pręfectusue chori pręter vicarium perpetuum || [c. 204v] capitulum neque congregationes hebdomadarię habentur<sup>24</sup> constitutiones quedam adsunt conditę ab *Illustrissimo Cardinali* gambara *preposito*.

Animę huius parochię sunt {circiter}<sup>i</sup> 4000 quorum 2000 *sanctam* sumunt eucharestiam.

Concubinarij videantur in libro processuum.

schola doctrine *Xpistianę* singulis festis exercetur.

schola rosarij adest ab annis tribus instituta. In ea adsunt scholares numero 200<sup>25</sup> *velcirca*. Regitur a gubernatore vicegubernatore, sindicis et massario Nullum redditum habet pręter elleemosinas, quę conuertuntur in ornatum<sup>26</sup> Altaris. Administrationum rationes redduntur paroco, qui etiam est gubernator ipsius scholę.

Schola *sanctissimi* sacramenti Adest antiqua de cuius *errectione* non constat habet regulas Antiquas, non *tamen*<sup>27</sup> confirmatas Regitur á tribus sindicis, et duobus massarijs, et duodecim consiliarijs, qui singulis trienijs mutantur redditus annui sunt *librarum* 105 *imperialium* vltra elleemosinas, quę impenduntur<sup>28</sup> in *celebrationem* missę in cereos oleum pro lampade, et elleemosinas quę pauperibus egrotantibus et puelis maritandis dantur. Rationes redduntur paroco *presente*, qui *etiam* est sindicus, visi *fuere* libri, et bene reguntur.

Mons pietatis adest, cuius institutum est mutuo dare blada pauperibus *videlicet* quartam vnam pro bucca, vt dicitur sub *fide* *Jussione* restituendi tempore future messis. In eo est *summa* modiorum centum septuaginta bladorum *scilicet*<sup>29</sup> sichalis et milij. Regitur á tribus deputatis á *comunitate*, et a massario: cui merces est constitua scutorum quatuor in anno, non mutantur. visi *fuere* libri, et bene Tenentur.

Oratorium *sanctę marię* in Cemeterio *sancti laurentij predicti* {est paruum et incongruum}<sup>m</sup> Altare solum<sup>30</sup> habet dotatum || [c. 205r] a quondam *Domino* Pręsbitero guerino lucio alias

<sup>20</sup> Segue: «Cardinali», cancellato.

<sup>21</sup> TUR., p. 175: «sustinent».

<sup>22</sup> Segue: «a», cancellato.

<sup>23</sup> Corretto da: «prestantur».

<sup>24</sup> TUR., p. 175: «habent».

<sup>25</sup> TUR., p. 177: «20».

<sup>26</sup> TUR., p. 177: «ornatu».

<sup>27</sup> TUR., p. 177: «tum».

<sup>28</sup> TUR., p. 177: «impendunt».

<sup>29</sup> TUR., p. 177: «videlicet».

<sup>30</sup> Segue: «paruum, et incongruum», cancellato.

Canonico cum onere missę quottidianeę quę a *Reuerendissimo ordinario* in duas missas redacta fuit ob tenuitatem redditus. Redditus *librarum quingenta*<sup>31</sup> quę *soluuntur per* p̄sbiterum hippolitum spalentiam heredem. Cappellanus est ipsemet p̄sbiter hippolitus absens, et satisfacit *per Dominum* P̄sbiterum hippolitum picinellum *brixiensem* ętatis *annorum 35*, qui *Habitat in domibus ecclesię. legitime Docuit de ordinibus*

Oratorium *sancti Domini*<sup>32</sup> *Campestre* distans a parochiali<sup>33</sup> *miliaribus duobus* paruum. Altare solum habet, *Nullum redditum*. In eo non celebratur p̄terquam occasioneę defferendi *sanctissimum sacramentum* in firmis<sup>34</sup> pro comoditate habitantium<sup>35</sup> in ędibus circum vicinis

Oratorium seu *ecclesia sancti Rochi* dotata a quondam fratre petro de salis tertij ordinis,<sup>36</sup> cum onere missę quottidianeę, et dicitur de Iure patronatus comunitatis, et familieę de salis. Anni redditus sunt *scutorum triginta*. Cappellanus Titularis, est p̄sbiter Bernardinus de salis *Brixiensis* ętatis *annorum 64 legitime Docuit*,<sup>37</sup> de ordinibus p̄ter {quam de}<sup>m</sup> prima tonsura, dispensatus *super deffectu ętatis*. Habitat in domo paterna. In ea *ecclesia* Ibidem adsunt tria *Altaria profana* quod<sup>38</sup> *seruantur* sacristia adest in parte inferiori campanilis suppellectili sacra Fere destituta

Oratorium *sancti Georgij* *Campestre*. Altare solum habet sine redditibus habet spatium terreę annexum, et *viridarium* cum domoncula annexa, quę omnia possidentur a quodam homine, sub nomine heremiteę absque aprobatione. In eo celebratur die eius Festo tantum

Oratorium in domo *Illustris Comitis Ranutij* de gambara in quodam cubiculo superiori constitutum, in quo celebratur ob<sup>39</sup> comoditatem familieę suę. Altare est ammouibile, et ligneum absque bradella fenestřę adsunt per quas foris stantes missam audiunt

Oratorium scholę *disciplinatorum* vniteę cum schola confalonis || [c. 205v] romę. Altare habet in quo Aliquando celebratur ex deuotione. sacristia est parua sub campanili fenestra adest per quam e cubiculo *Illustris comitis Nicolai* introspicitur in oratorium supradictum sunt quędam loca quorum pars quedam ocupatur ab *Illustri Comite Nicolao* de gambara, qui promissit infra duos menses restituere scholaribus. schola est antiqua de erectione non constat habet regulam, non confirmatam. scholares sunt numero 17, et gestant habitum Album comessantur inuicem feria quinta hebdomadę *sanctę*. Reguntur a ministro subministro, et massario qui singulis annis mutantur. Nullum redditum habet p̄ter elleemosinas, quę conuertuntur in celebrationem missę diebus festis in cereos, et alia necessaria *predicto* oratorio. Computa inter eos redduntur exhibuere libros rationum, qui visi sunt

Oratorium *sanctę Annę* in foenilibus, et ędibus<sup>40</sup> de breda distans *miliaribus duobus*, est<sup>41</sup> paruum inornatum, et vetustum.

Altaria quatuor habet sine redditibus. In eo celebratur diebus festis ob comoditatem habitantium, in dictis foenilibus, et ędibus eorum sumptibus, et *Illustrissimi Cardinalis* de Gambara, qui sponte obtulit se daturum quottanis aureorum 30 stipendium cappellano idoneo etiam ad audiendum confessiones.

<sup>31</sup> Errore per "quingenta" (?): così TUR., p. 177.

<sup>32</sup> Errore per "Donini".

<sup>33</sup> Segue: «per», cancellato

<sup>34</sup> Scil.: "infirmis".

<sup>35</sup> Corretto da: «habitantibus».

<sup>36</sup> Corretto da: «onere».

<sup>37</sup> Segue parola incomprensibile, forse corretta o cancellata.

<sup>38</sup> Lezione incerta. TUR., p. 178, legge "quae", ma è interpretazione.

<sup>39</sup> Segue: «qa», cancellato.

<sup>40</sup> Corretto da: «ędilibus».

<sup>41</sup> Corretto da: «et».

Cappellanus mercenarius est presbiter *Ioannes Maria de tedoldis Brixien-  
sis* etatis annorum 60 cum<sup>42</sup> mercede *librarum* octuaginta in anno; non habet licentiam celebrandi, non docuit de subdiaconatu et diaconatu habitat in dicto loco.

Baptisterium adest, et olea sacra conseruantur. ob comoditatem *habitantium*. Mortui ad parochialem *ecclesiam* defferuntur schola doctrine non exercetur.

---

<sup>42</sup> TUR., p. 179: "iam".